



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 214. Concilium de quinta Natione ex Hispanis instituenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. quisita fuere. Tandem de potestate Pa-  
 A.C. 14<sup>16</sup>. pæ tradit, quod S. Petrus sit caput Ec-  
 clesiæ, quatenus est primarius inter Mi-  
 nistros, cum Christus Dominus illi titu-  
 lo longe specialiori, ac aliis claves de-  
 disset, in virtute horum verborum: *Pa-  
 sse oves meas.* Hoc idem ad successores  
 Petri extendit Cardinalis.

## §. CCXIII.

*Sessio vigesima secunda.*

*Labbe Conc.* Cum a trigesima Maji die nulla Sessio  
*to. 12. p. 192.* publica celebrata fuisset, tandem de-  
 cima quinta Octobris habita est Sessio vi-  
 gesima secunda, in qua Patres Arrago-  
 niæ Legatos Synodo aggregare niteban-  
 tur; cum vero hi Concilium venerari  
 renuerent, donec per eos illius convo-  
 catio fieret, & secundum Narbonensem  
 Capitulationem solemniter eidem adjun-  
 gati fuissent, ideo in hac sessione, consue-  
 ta solemnia primum post peractam unio-  
 nem, atque convocationem persoluta  
 fuere.

## §. CCXIV.

*Consilium de quinta Natione ex Hi-  
 spanis instituenda.*

*Ibid. p. 192.* Nonnullæ prius ortæ fuere contentio-  
*& seg.* nes; Patres enim meditabantur ex  
*Schelstrat.* comp. Chro- Hispanis quintam erigere Nationem,  
*comp. Chro-* *nol. p. 53.* quæ

quæ complecteretur Arragoniam, Ca- Sæcul. XV.  
stellam, Navarram, omnesque posses- A.C.1416.  
siones Regis Arragoniæ, ultra citraque  
mare sitas. Cum vero Legati Lusitaniæ  
jamjam quinta Junii Constantiam delati,  
pro sua Natione idem postulassent, &  
tamen repulsam tulissent, hinc quintam  
Hispanorum Nationem erigi recusabant,  
hanc prærogativam Regi suo injuriosam  
esse arbitrati. Qua intercessione admis-  
sa ad ulteriora procedebatur.

### §. CCXV.

#### *Arragonum Legatipenes Galliæ Ora- tores collocati.*

Hucusque Legati Neapolitani locum *Vander Hardt.*  
post Oratores Gallos proximum te-  
nuerunt, advenientibus vero Castellæ  
Legatis Neapolitani sedem suam his ce-  
dere, ac post Nuncios Angliæ confidere  
rogabantur. Acquieverunt illi pacis  
tuendæ studio, ita tamen, ut nullum inde  
eorum Regi præjudicium nasceretur.  
Quam declarationem Synodus per De-  
cretum ibi promulgatum confirmavit. Ita-  
que Arragonenses Gallis adjuncti fuere.  
Geronius Legationis Gallicæ caput, in  
primo sedebat loco, post eum locabatur  
Comes Cardonnæ Arragonensis, post-  
modum Gallus, & denuo Arragonensis,  
& sic de singulis. Mutua omnium erat  
de-